



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

7. Quam vim in monstra habeat materia, vis formatrix, &c?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

fluxus siderum spectemus, quorum diuersi concursus, diuersos exigunt effectus. Et apud ordinariè monstruosos, tales monstrosi non existimantur, licet maximè sint: non enim se, sed a lios, ad se solent aestimare.

VI.

Multum autem in hac re etiam facere celestium corporum operationem, exemplo recenti possumus docere. Nostra enim memoria, Halæ, in Tyroli, iuuenis cetera egregius, sed ibidem patre Iudeo natus, nomine Bonaquistus, admirabiliter in ventre monstrosus fuit. Quippe crescente luna, inde sic illi quoddam taurinum excrescebat caput, non sine cornibus, ut caligæ illius nequaquam satis possent constringi. Qua de cauſa, semper crescente luna domi se continebat; decrecente autem eadem, quia & monstrum decrescens se se intra viscera reuocabat, aut detumescebat potius, foras prodibat, zona iam arctiore. Quod & in alio iuuenie, hic Ingolstadij fuit videre, cui itidem, semper luna antiore, altera maxillarum atque labra oris, in immensum turgescabant; luna autem lumen amittente, redibat clementior forma. At quis tandem negabit, humores omnes cum luna inualescere? Quod ergo fidus hoc ex parte, & ad tempus certum fecit, vt promoueret monstrositatem, cur non possent etiam efficere reliquorum astrorum maligni aspectus? Sicut enim nulla in celo lucet stella ottiosa, ita neque stellarum coniunctio suo effectu carebit.

VII.

Vide Aristot. lib. 4. de gen. animal. c. 4. Plutarch. l. 5. de placi- tis Phil. Galen. de historia Phi- losophica cap. 113.

Platina in Sa- biniano. I. Papa,

Porrò, sicut etiam quando animal gignitur, non tantum, solis aliorumque astrorum influxus, aut regionis vel salubritas, vel inclemencia id extrinsecus attingunt; sed & alia concurrunt, ut virtus formatrix, quæ semini inhæret; materia est quæ fœtus coalescit; receptaculum item fœtus; & completio primarum qualitatum: ita & haec nimis redundantia, aut deficientia in cauſa sunt, ut totum fœtus opificium non ad amissim exprimatur; aut, ut mistis seminibus, Androgyni, seu Hermaphroditi, itemque corporis figura semihomines, Panes, Siluani, semibestie, Fauni, Satyriſci, & Hippocentauri, prodeant; vel nascantur tanti, ut non solum quatuor pedes habeant, qualem quadrupedem puerum Byzantij natum Platina refert, sed etiam ut dens vnius, si in nostrorum dentium

incisulos

modulos minutatim concideretur, certum nobis videretur facere
potuisse, vt è D. Augustino memorauimus; vel vt pede, sicut S. Augustin.
Sciopodes apud Solinum, aut digito, oculo, manuue caren- l. 15. de ciuit.
tes, qualem Aretij puerum natum scribit Liuius, aut omnino cap. 9. Solin.
nani pronascantur: vel vt, ob receptaculi angustias, duo fæ- c. 53. Liu. dec.
tus in vnum coarctentur & concrescant, vnde bicipites, aut 4. l. 5. Vide S.
tricorpores Geryones efformantur: vel deniq; vt ob nimium August. l. 16.
calorem in vtero fumum excrementitium eleuantem infan- ciuit. cap. 8.
tes barbati, aut, ob frigus, pueri canescentes inueniantur. Oforium l. 5.
Oft. c. 6.

Numquid autem Deus omnes homines formare debet pares,
vt virtus quoq; seminaria in omnibus par, in nullo hebetior.
firmiorue pares effectus producat, neque partes vias confu-
fas aut inexpolitas relinquit? Numquid non ipsi s̄apē homi- Plin. l. 7, c. 2.
nes materiam fætūs aut per imbecillitatem subducunt, au-
multiplicant per abundantiam, aut motu cursuque confun-
dunt? Nuncquid alijs hoc, alijs alio est modo affectus, vt vel
nimia aridus sit siccitate, vel nimia inconstans humiditate?
Et quid homines Deum accusant, quando plerumq; ipsi præ-
cipua sunt causa monstroſa proliſ? Nam improba vitæ in-
temperantia non raro tales fructus parit. Quædam proles
quatuor aures habuit. Quid mirum? habuit & quatuor pa-
rentes. Nonnullæ mulieres Pasiphaen imitat̄ sunt, quid no-
vi, si Minotaurum genuerunt? Quædam non ita pridem por-
cum peperit; sed fertur ipsa se scrofam fecisse, quid igitur aliud
peperisset? Quamquam etiam sine delicto fieri talia possunt,
sola materia peccante. Natus est, meo tempore, Augustæ,
pullus gallinaceus, qui ob mirabilitatem in æs incisus circum-
ferebat. Corpus illi erat vnum, capita, colla, vropigia duo:
Alæ quatuor; totidem pedes. Hic, cùm vnius capitinis rostello
satis granorum edisset, corpus scitissimè versabat, vt & altero
se latiaret. Ita vices alternabant edendi. Deprehensum est au-
tem pullum illum esse ab ea gallina, quæ semper oua cum ge-
mino vitello pariebat. Vitelli igitur geminatio, & foetus du-
plicauit.

Habet & curiositas, & vis imaginandi parentum tales
fructus, quæ absurdas peregrinalaque, quas mente voluit, for-

Xxxx mas

VIII.